



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1842**

V. Nicolaus, Herr von Güstrow, bestätigt dem Kloster Doberan die  
Besitzung zu Zechlin mit 75 Hufen Landes, im Jahre 1249.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54306)

Decanus, Johannes de Warne, Sviderus de Sywan, et Hermannus de Wangelin, Conradus Notarius; Milites: Vnizlaws, Gerozlaws, Johannes de Havelberch, Henricus Dargaz, Henricus Grabo, Bernardus de Wigendorp, Otto Bawarus, Geroldus advocatus in Robele et ceteri quam plures diversi generis homines. Datum in Guztrowe anno dominice incarnationis M. CC. XL. IV. Indictione II. IV. Kalend. Januarij. Prefidente Cathedre Romane sedis pio Papa Innocentio, hujus nominis quarto, Pontificatus ejus anno primo.

Nach dem Diplomatarium Doberanense. Westphalen a. a. D. Sp. 1485. 1486.

V. Nicolaus, Herr von Güstrow, bestätigt dem Kloster Doberan die Besetzung zu Sechlin mit 75 Hufen Landes, im Jahre 1249.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Nycolaus Dei gracia Dominus de Guztrowe omnibus in perpetuum, Quoniam omnia que scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt ac edita. Ratio veritati consona docet, ut acta temporum presencium digna memoria scriptis et sigillorum appensionibus sic servemus integra, ne per oblivionis exitum excedant scienciam futurorum. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos de mera liberalitate, ob remedium animarum, progenitorum nostrorum ac proprie salutis, venerabili cenobio in Duberan in honore beatissime semperque virginis Marie, que eterni regis filii Dei mater est et filia, honorifice constructo, villam Szechelin dictam cum LXXV. Mansis ac rivulum Wolewicz una cum stagno Lubetowe nuncupato, cum piscaturis et molendinis edificandis, cum silvis et agris, pratis et pascuis, et usuagiis, usque ad determinationes circumjacentes, pleno jure, secundum libertatem consuetudinis Ordinis Cystericiensis, ita ut nemini servire teneantur homines in eisdem bonis commorantes, nisi soli Deo et Doberanensi cenobio, et sint immunes ab extructione urbium et pontium ac aggerum et ab extorsione vectigalium et theloneorum et ab expeditione qualibet, nec non ab omni jure advocatorum, vel juris nostri exercitorum, contulimus perpetuo prenominata bona pacifice possidenda. Vt autem hec donatio firma ac inconvulsa permaneat, litterarum testimonio ac sigilli nostri appensione duximus muniendam. Testes sunt hij: Nos Nycolaus et duo filii nostri Domicelli Henricus et Johannes; Henricus Grubo et filius ejus Henricus, Arnoldus de Nyenkerken, Otto Bersarius, Geroldus de Peccatle, Stephanus Prepositus, Johannes de Havelberch, Hermannus Dargas, Jerezlavus, Ekbertus de Myrowe, Wernerus Capellanus, Hermannus Advocatus, Harvith et alii quam plures. Datum Robele, anno graciae M. CC. XL. IX. II. Kalend. Novembris.

Nach dem Diplomatarium Doberanense. Westphalen a. a. D. Sp. 1491. 1492.

VI. Nicolaus, Herr von Güstrow, bestätigt dem Kloster Doberan die Besetzung Sechlin mit 86 Hufen, indem er zugleich die an das Kloster vorgenommene Schenkung der Ritter Arnold von Neukirchen, so wie Friedrichs und Dieterichs von Eickstedt, genehmigt, im Jahre 1249.

In nomine sancte et individue trinitatis: Nycholaus Dei gracia Dominus de Guztrowe omnibus in perpetuum. Quoniam omnia, que scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt ac edita,